**Sphyrnæ,** *σφυρνή*, Græcis animal maritimum, quod Latinis *sudis* dicitur, ut ait Plin. lib. 32. c. 11. Sunt præterea à nullo autoe nominati, sudis Latinè appellata, à Græcis sphyrnæ, rostro simili nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener, & pernæ concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimæ. Stant velut suillo cruro longo in arena defixa, biantesque qua limpitudine est, pedali non minus spatio, cibum venantur. Dentis in circuitu marginum habent pectinatum spissatos, intus pro spondylo grandis est caro.

**Spicā,** x, in frumento dicitur totum illud, quo granum continetur: cujus partes sunt glumæ & aristæ. *שְׁכִיבּוֹלֶת* *שְׁכִיבּוֹלֶת* melilah. *σάκος*, *ἄσπερ*. GAL. Espic de blé. ITAL. Spica de blado. GERM. Ein äher. HISP. Espiga. ANG. The ear of corn. } Cicer. 5. c. finib. Ne seges quidem igitur spicis uberibus & crebris, si avenam uspiam videris. Dicta spica, quasi specia, à spe, ut inquit Varr. de rust. lib. 1. Nam quum fruges in spicam exit, spem præbet hominibus. Servius, Spicam dictam putat à figura spiculi, quam refe, ubi primū è folliculo erumpit. Tunc enim solūm proprie spicam dici arbitratur: sed hoc non esse usquequa verum, satis docet Varro lib. 1. cap. 48. quum granum spicæ partem facit: quod certè de spica jam primū erumpente intelligi non potest, quod quia nondum floruerit, granum habere non potest. Verba Varronis sunt hæc, Spica in hordeo & tritico tria habent continentia, granum, glumam, aristam; & etiam primitus spica, quum oritur, vaginam. Ovid. 9. Metam.

— *inerant lunaria fronti*

*Cornua*, cum spicis nitido flavenisibus auro.

Cererem in spicis intercipere. Idem 8. Metam. de Apro Calydonio, Is modò crescentes segetes proculat in herba:

Nunc matura metis fleuri vota coloni,

Et Cererem in spicis intercipit.

Quid sit Cererem in spicis intercipere, jam ipse exposuit, quum inquit, Matura vota coloni. Primò enim herbescit seges, unde illud est, segetes proculat in herba; & in Epistolu.

— *ad huc tua messis in herba est.*

Deinde verò ubi maturuit, in spica esse dicitur. Spicæ allij. Ruel. lib. 1. cap. 2. Cohærentes bulbi, in quos allij caput extumuit, qui secum consitit novam creant sobolem, & nuclei, & spicæ Latinis autoribus appellantur. Colum. lib. 11. cap. 3. Habet enim allium plures cohærentes spicas, exque quum sint divisæ, liratim seri debent. Antiquis etiam in usu erat spicæ mascul. gen. & spicæ neutro, quod & Ninius annotavit. De neutro genere exemplū est apud Cic. in Arato,

*Spicum illustre ferens insigni corpore virgo.*

Idem apud Varr. de lege Maenia, neque in bona segete nullum est spicum nequam, Neque in mala non aliquod bonum. De masculino genere citatur versus vetustus à Festo, sed sine auctoris nomine. Quasi messor permessum unumquemque spicum colligit. Est & spica signum celeste, oriens in virginis parte decima. Sul. Firmicus. Quicunque in ortu spicæ natus facit, erit ruralibus officiis semper applicatus, & multas fruges hortis condet. Spica mustica, quæ non habet aristam, quasi mutila. Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum. Varro de re rust. lib. 1. c. 48. *ГАЛ Espic sans barbe.* ITAL. Spica con le teste, spica senza barba. GERM. Ein glatt dher one spinlin oder äglen. HISP. Espiga macha sin raspas. }

Spica liliiflora. Ovid.

Et sonet accensis spica liliiflora facie.

Et Propert. lib. 4.

Torque larvet nostras spica liliiflora comas.

Observandum, spicam liliiflora hic esse bulbum croci; quanquam pro croco ipso accipitur.

**Spicēus,** a. um, quod ex spicis est. *σπικέιν*. GAL. D'espic, fait d'espic. ITAL. Di spica, GERM. Aus dher gemacht / äherin. HISP. Coja de matria de espiga. ANG. Of the ears of corn. } Tibullus.

Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona

Spicas.

Messis spicas. Virgil. 1. Georg.

Spicas jam campis quum messis inhorruit, & quum

Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

Ovid. 2. Metam.

Stabat nuda alla, & spicas ferta gerebat.

Spicas, ja, um, quod fert spicas. *σπεργεῖν*. GAL. Qui portat spicas. ITAL. Che porti spiche. GERM. Das dher trug. HISP. Que traha spicas. ANG. That bearish or haie spares of corn. } ut, Ceres spicasera à Poësis

Poëtis dicitur. Senec. *Hercul.* OEtāo,  
Et spicifera concessa dea  
Attica Mytēas claudit Eleusis.

Mart. lib. 10.

Non Hybla, non me spicifer capit Nilus.

Spicilegium, Collectio spicarum, quæ à messoribus relinquuntur: & ipsum tempus quo spicæ leguntur. { σπιχοδογία. GAL. La glane qui on amasse après les moissonneurs, cueillette d'espics. ITAL. Spicolo, raccoglimento di spiche. GERM. Die nachsamung oder aufzässung der äher so man vergeret hatt. HISP. Obra de coger, o cogimiento de espigas. ANG. Gleaning of corne, gathering of eares, leasing of corne. } Varro 1. de re rust. c. 53. Melle facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam. Hinc spicilegium facere dicuntur, qui messorum terga inscuentes spicas ab iis præteritas colligunt. σπιχοδογία.

Spico, as, Spicas emitto. { σπιχοφύια. GAL. Ietter hors les espics. ITAL. Spi care mandar fuor le spiche. GER. Ächeregewinnen / in äher schiessen. HISP. Echar fuera las espigas. ANG. To lett out eares as corne. } Plin. lib. 18. cap. 7. Grana in stipula crinito textu spicantur.

Spicatus, a, um, nomen adjectivum: quod habet spicas. { σπιχομός, σπιχης. GAL. Qui a des espics. ITAL. Che a spiche. GER. Das äher hat / das schon in äher geschossen ist. HISP. Cosa espigada. ANGL. That hath eares. } Plin. lib. 21. Aliud rursum spicatarum genus herbarum. Et lib. 24. c. 15. Chamæcissos spicata est tritici modo, tamis quinis ferre foliosa. ¶ Spicatum, nobile unguentum Romæ dici solitum Galenus prodidit, & fœminis, præsertim divitibus, familiare. Idem & Nardinum dictum, ut refert Hermolaus in Corolla. Dictum spicatum, quod ex spica nardi conficiatur, ut docet Marcellus interpres Diocordidis.

Spiclo, spicere, verbum est obsoletū, quo Antiqui utebantur pro Aspicere, seu intueri. { פְּרַאֲרָה בְּתַפְּחָה. GAL. Voir, regarder. ITAL. Vedere, riguardare. GERM. Anschauen. HISP. Ver, mirar. ANG. To see, to beholde. } quod & Festus annotavit, citans locum Plaut. in Milit. Flagitium est, si nihil mittetur, quod super cilio spicit.

Spiculum, i, Lancea brevis, seu (ut Vegetius ait) telum missile cuius ferrum est triangulum, unciarum novem, hastile pedum quinque & semissimis. { οὐράνιον τσαρά. GAL. Une javeline, le fer d'une lance ou dard, le piquant, ou la pointe. ITAL. Dardo, punta. GER. Ein glänzendes schäfelin sechshals schuch lang mit einem dreiecketen eisen. HISP. Lança, casquillo. o hierro de lanza. ANG. A short spear or javeline. } Antiqui pilum neutro genere vocaverunt. Ad hujus jactum exercabantur milites, ita ut arte & virtute directa, scutatores pedites, & loricatos equites sèpè transverberarent. Quintil. Spiculum tuum in ejus corpore inventum, &c. Maut. in Casin. Si non impetravit, spicula etiam insortita sunt mihi. Cic. in Pison. L. Crassus homo sapientissimus nostræ civitatis spiculis propè scrutatus est Alpes, ut ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quereret. Virgil. 5. Æneid.

Gnossia bina dabo levato lucida ferro

Spicula, calatamque argento ferre bipennem.

Idem 7. Æneid.

Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis

Spicula contorquent: cursuque tctuque laceantur.

¶ Accipitur & pro sagitta. ☐ cher. Idem Virgil. 11. Æneid.

Spicula converso fugientia dirigit areu.

¶ Aliquando sagittæ ferrum, seu cuspis ipsa, & aculeus, ut sunt spicula sagittarum, & aculei apum. Curtius, Alexander sagitta ictus est, quæ in medio crure reliquerat spiculum. Virg. 4. Georg. de apibus.

¶ spicula caca relinquunt

Affix & venis.

Dictum spiculum, à spicatum specie. Spicatum Solis, vide Telum. Spiculo, as, Cuspidem acuo. { ἄγρια. GAL. Faire aigu, faire la pointe à quelque chose. ITAL. Aguzzare la punta. GER. Spinen oder wezen. HISP. Aguzar la punta. ANG. To sharpe the poyn of any thing. } Plin. lib. 11. Telum vero perfodiendo tergori quo spicula vit ingenio.

Spiculatōes, dicti sunt satellites principum, à spiculis quæ gestant. ☐ GAL. Sergeans os officiers portans javeline, archers de la garde. ITAL. Sbirri, Zaffe, satelli. GERM. Trabanten die schäfelin oder glän tragen wie die füsten gaben. HISP. Hombres armados que acompañan los principes. ANG. Sergeants or officiers bearing short spears or javelines. } Cornel. Tacit. Dilapsis spicatoribus, cætera cohors non aspernata concionantem. Suet. in Galba, c. 18. Descendentem (cessido Galbam sup.) Spicator impulsu turbæ lancea propè vulneravit.

Spicus, & Spicum, vide Spica.

Spīnā, æ, propriè est aculeus sentis, vel rubi, quo pungitur. { πόνος κέρας γένεσις. GAL. Espine. ITAL. Spino. GERM. Ein dor. HISP. Espina. ANG. A thorne, to backbone, the sting of a bee. } Virg. 5. Eclog.

Carduus & spinis surgit paliurus acutus.

Colum. lib. 11. cap. 3. Ea sint vastissimarum spinarum, maximèque rubi, & paliuri, & ejus quā Græci vocant κυνοφάτον, nos sentem canis appellamus. ¶ Spinam facere dicitur asparagus, quum percrevit, & spinosus fit. Col. lib. 11. c. 3. Deinde quum spinam fecerit, collectis seminibus ipsis, scorpiones, ita uti sunt, in suo loco perutendi sunt. ¶ Spina etiam dicitur, vertebrarum in quoconque animali contextus inter se ( quam & Græci καρκανον nominant ) qui est à collo ad extreum usque os, quod sacrum dicitur: sic autem appellata est, quod ipsæ vertebræ in suo contextu processus utrinque ostendant spinis haud assimiles. Plin. lib. 11. c. 37. Spina lumbis ossea, sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendente. Eadem esse ei naturam quam cerebro colligunt: quoniam prætenui ejus membrana modò incisa statim expiretur. ¶ Spina etiam pro aculeo, qualis serpentibus & hystricibus, & plerisque piscibus in est. Idem lib. 8. c. 3. 5. Hystrices generat & Africa, spina contextas. ¶ Spinæ per translationem pro difficultatibus. Cic. 4. Tuſc. Peripate-

tici autem ad placandos animos multa afferunt, spinas partiend & definiendi prætermittunt.

Spinula, parva spina.

Spinacia, herba blito, vel atriplici cognata: quia folia habet acuminate seu spinas: nonnullis spinachium olus, aliis Hispanicum olus. Quidam τσιταριανόν appellant. GAL. Espinard, ou Espinache. HISP. Epinaca. ITAL. Spinaci. GERM. Binsesch.

Spinæ, a, um, quod ex spinis factum est. { λαγύνη. GAL. D'espine, fait d'espines. ITAL. Di spine. GERM. Dörnen. HISP. Cosa de materia de espina. ANG. Made of thornes. } ut, Corona, spinea, Vincula spinea, Ovid. 2. Metam.

— baculamque capit quem spinea tortum

Vincula cingebant.

Spinösus, a, um, Spinis abundans. { λαγαθόδην. GAL. Espineux, plein d'espines. ITAL. Spinoso, pieno di spine. GER. Dornechtig, voll dornen. HISP. Lleno de spinas. ANGL. Thornie or full of thornes. } Varro lib. 2. de re rust. c. 3. Quod usu venir his quæ inter se cornibus pugnant, atque in spinosis locis pascuntur. ¶ Spinosa oratio, per translationem, pro dura & aspera. CIC. 1. de Orator. Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio, longèque à nostris sensibus abhorrebat.

Spinétum, Locus spinis abundans. { λαγαθόδην. GAL. Une espinaye, lieu planté d'espines. ITAL. Luogo piantato di spine. GERM. Ein Dorn gesteud/ ein ort an den vil dörn siehnd. HISP. Espinal, lugar de espinas. ANGL. A thornie place. } Plin. lib. 10. cap. 74. Asinus spinetis se scabendi causâ at terens, nidos ægithi dissipat. Virg. 2. Eclog.

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

Spinifer, adjec. { ὁ ἡ ἀκαύθοδος. GAL. Portant espines. ITAL. Che porta o produce spine. GERM. Das dörne tregt. HISP. Cosa qui tiene, o trahe espinas. ANGL. That beareth thornes. } Cic. in Arato,

Quod superest gelido delapsum flumine fontis

Spiniferum subter caudam pistricis adhæsit.

Spineticum, unum ex Padi ostiis: quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius, quam navi intravit Adriam, à Spina urbe nomen habens, quam conditam voluit à Diomede. Vide Plinij lib. 3. cap. 16.

Spintharūs, σπινθαρης, Nobilis architectus Corinthius, qui Delphi cum templum ædificavit. Autor Pausanias.

SPINTER, sive Spinther cù aspiratione, armilla genus erat, teste Fesslo, quo mulieres utebantur in summo brachio sinistro. { πτυχα εισθαδ háh. GAL. Fibbia, armilla, maniglia, GER. Ein roebisch armgezied, vorspang des armes/vorhafte. HISP. Hevilla o candado, manillo o manija. ANGL. A buckle, a daspe, a bracelet. } Plaut. Menachmis, Iubeas spinter novum teconciannier. Idem ibid. sc. 3. a. 3. Scin' quod hoc spinther? nescio nisi aureum, quod surripuisse te aiebas uxori ex armario. Ibid. sc. 3. a. 4. Spinther ad aurissem ferres ut fieret novum. Idem ibid. sc. 9. a. 5. Pallam & spinther abstulerim, &c.

Spintræ, dicti sunt repertores monstrosæ libidinis, novique concubitus. Suet. in Tiber. c. 43. Monstrosique cœcubitus repertores, quos spintrias appellabant, corum etiam meminit idem Suet. in Calig. c. 16. Qui sint, vide apud eruditissimum Adrianum Turneb. cap. 1. lib. 5. Advers. Aliis Spintria, est qui muliebria patitur, séque aliis abutendum præbet, o πτυχα διονιος Dionis, i. prostitutus, stuprum passus. Suet. in Vitellio, Et ipse perpetuò spintria cognomine notatus. Tacitus, Tuncque primum ignota ante vocabula reperta, sellariorum & spintriarum, ex fœditate loci & multipliciti patientia.

Spinturnix, icis, Inauspicata avis, quæ & incendiaria dicitur. { πτυχα. Plin. lib. 10. c. 13. Inauspicata est, incendiaria avis, & propter quam sèpenumero lustratam urbem in Annalibus invenimus, L. Crasso, C. Mario coss. quo anno & bubone viso lustata est. Quæ sit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur: Incendiariam esse quæcumque apparuerit carbonem ferens ex aris & altariis. Alij spinturnicem eam vocant.

Spinüs, Agrestium prunorum arbor, quod spinis referta sit. { ψηφιον. GAL. Prunel, πρωτηλια, αργια πεσιν. Prunier, prunier sauvage. ITAL. Sufinare, salvatico pruno. GERM. Wilderprunbaum/schlechens dor. HISP. Cirvelo montes. ANGL. A wild plumme tree as of sloes bushes, &c. } Virg. 4. Georg.

Eduramque pyrum, & spinos jam pruna ferentes.

¶ Dicitur etiam, Hæc spinus, us: Varr. In Asia (fax) ex spinu alba præfertur, quod purgationis causâ adhibetur. Sosipater lib. 1.

Spinus, σπινος, avis parva & canora, similis passer, sed diversa.

Spīo, σπειο, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, sic appellata à speluncis maris, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. σπειο enim speluna est. Virg. Æneid.

Nisæque, Spioque, Thaliæque, Cimodocæque. &c.

SPIONIA, quæ & spinea, vitis Ravennati agro peculiaris, æstum, imbræ, & nebulas facilè ferens, quæ & spinea quibusdam dicitur. Colum. lib. 3. c. 2. At sponia dapilis musto, & amplitudine magis vuarum, quam numero fertilis. Vide Plin. lib. 14. cap. 2.

SPIONICUS, a, um, adjec. ut, Spionicus gustus, id est, gustus vuar spioniæ. Colum lib. 3. c. 2. 1. Jam & illud magnæ dotis est, posse gustum cuiusque generis, non mistum, sed vere merum condere, ac separatim tenponere, sive est ille biturieus, seu basilicus, seu spionicus.

Spirabilis, Spiraculum, vide Spiro.

Spiræ, arum. { σπειραι. GAL. Collier. ITAL. Collana del collo. GERM. Dnußkette circel so sich selbs nit beschließen / als die schnür sind so die knaben vmb die töpf winden. HISP. Cadena que se bucha al cuello. ANGL. The round turning of a cable, abando er lace therewith a batt is made fast under a manis rhinne, the base of a pillow. } Sunt revolutiones, sive circuli, qui in scipios non recurrent: unde in matronarum ornamenti spiræ dicuntur quidam quasi circuli caput aliquoties ambientes. Plin. lib. 9. c. 3. 5. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, nec serio quidem, aut solenni cæmoniarū aliquo apparatu, sed mediocriter etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis, margaritisque, operam, alterno texu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque. ¶ In serpentibus quoque

quoque spiræ dicuntur, quum in orbem contracti quosdam quasi circulos imitantur. { GAL. Plument en rond, comme celuy qui fait un chable ou un serpent en tortillé. ITAL. Piegamento intorno che fa un serpente. GER. Die schlangen geringel. HISP. Rosca como de culebra. } Virg. lib. 2. Georg.

Nec rapie immensos orbes per humum, neque tanto  
Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.

Et lib. 2. Aeneid.

— spirisque ligant ingentibus, & jam

Bis medium amplexi.

Funes item nautici in orbem convoluti, propriè spiræ dicuntur.

Item Spira dicitur funiculus, qui à pileo ad fauces extenditur, &

sub mento alligatur. Iuven. Sat. 8.

— de faucibus aurea quum se

Porrigat, & longo iactetur spira galero.

Basis item columnæ unius tori aut duorum spira dicitur. Plin. lib. 3. b. c. 3. In Ephelæ Dianæ æde primum columnis spiræ subdivitæ, & capitella addita. Item, Spira genus operis pistoriæ, ut ait Festus. Cato, Spiram sic facito, quantum voles pro ratione, ita uti placenta sit, eadem omnia facito, &c. Ennius etiam spiram, hominum multitudinem vocavit, Festus.

Spiræ, frutex quidam. Theophr.

Spira Nemetum, Speier, V. E. Germania, sub A. Moguntino.

Spirillum, capæ barba. Felt.

Spiræ, spiritum duco animam emitto & attraho. { Πνευμα naphæm. Σπίρω σπίρω νασθάβ. mis. GAL. Halener, jette hors son vent, souffler. ITAL. Spirare, mandar fuora il fiato, esalare. GERM. Athmen. HISP. Espirar è respirar, echar à fuera el soplo. ANG. To breath, to blow. } Plin. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9. c. 7. Spirant autem confessione omnium & paucissima alia in mari. Spirare interdum ponitur pro flare: ut, valentiū spirat Eurus, id est, flat. Ovid. 1. Metam.

Quum mare sub noctem tumidis albescere cœpit

Flutibus, & præcepis spirare valentius Eurus, &c.

Clementius Spirant Austri. Stat. 2. Syl. ¶ Aliquando Spirare, est odorum aliquem emittere, sive exhalare: & sic construitur cum accusativo. Virg. 1. Aeneid.

Ambroſisque coma diuinum à veriæ odorem  
Spiravera.

Colum. lib. 1. Reliquisque immunditiis tetur odorem spirantibus.  
Extra spirantia, hoc est, Palpitantia. Virg. 4. Aeneid.

— spirantia consulis extra.

Spirantia signa, hoc est, tam artificiosè facta, ut vivere, atque adeò spirare videantur. Idem 3. Georg.

Stabunt & parvæ lapides spirantia signa.

Hujus verbæ composita sunt, Aspiro, Conspiro, Expiro, Interspiro, Prospito, Respiro, & Suspiro. Gellius cap. 5. lib. 7. Veris & spirantibus laudentis.

Spiritus, Halitus, & anima. { Σπίριτος ruāch ruāch neshamah. οὐν, οὐηγ. GAL. Haleine, vent, esprit, ame, souffle. ITAL. Spirito, animo, fia. GERM. De athem. HISP. Espirito, soplo. ANG. The breath, the soule or blowing. } Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Nam si moree carens vacuas volat altus in auras

Spiritus.

Ibid. Eleg. 3. lib. 4.

Spiritus hic per te patrias exisset in auras.

Cicero. de natura deorum. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibis, potionis, spiritu. Idem de senectute. Quorum usque ad extremum spiritum proiecta est prudentia. Impedire spiritum, i. respirationem, Cels. lib. 6. cap. 9. Quod si tanta est inflammatio ut spiritum impedit. ¶ Spiritus pro aëre. Idem Cels. lib. 7. cap. 16. de evolutis intestinis loquens: Momento enim alienantur externo & insueto spiritu circundata. ¶ Spiritus, pro vita. Auferte spiritum sine sensu doloris. Idem in Verr. ¶ Accipitur aliquando Spiritus pro vento. Virg. 12. Aeneid.

At veluti Edoni Bores, quem spiritus alto

Insonat. Ego.

Quintil. Validior spiritus nostros sinus tendat. (id est, ventus.) Plaut. Amph. Ex spiritu & anhelitu nebula constat. Idem Mil. sc. 1. a. 1. Cuius tu legiones difflavisti spiritu. (id est, statu.) ¶ Pro respirandi facultate, Senec. cap. 1. de consol. ad Marciam. Ut verò aliquem spiritum mutatio temporum dedit, ingenium patris tui in usum hominum reduxisti, &c. ¶ Pro memoria. Quintil. Hoc veluti spiritu cæteræ patentes dicendi continentur. ¶ Pro aëre, Circunfusus nobis Spiritus volucribus convenit. ¶ Pro animo sive affectu, Quint. Majore spiritu loquendum de rebus divinis. Item, Nisi ea majore oratoris spiritu impleantur. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Sic ubi mota calent sacra mea pectora thyrso.

Altior humana spiritus ille malo est.

¶ Pro vita, atque anima. Velleius, Spiritu privare aliquem. Idem, Spiritum reddere. Item, Spiritum suspendere, (legendi sup.) Quintil. cap. 14. lib. 1. ¶ Pro sono, Quint. cap. 11. lib. 1. Graviorem spiritum reddant tibiae, &c. ¶ Nonnunquam etiam pro animi elatione. Cicero. pro Silla, Res enim gestæ credo meæ, me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Cæs. lib. 3. belli civilis, His rebus tantum fiducia ac spiritus Pompeianis accessit, ut non de ratione belli cogitatent, sed viciisse jam sibi viderentur. ¶ Spiritus, pro odore, apud Luct. lib. 3.

Quod genus est Bacchi quum flos evanuit, aut quum

Spiritus unguentis uavis diffugit in auras.

Spirituallis, & per syncopem spiritalis, & le, quod halitum emittit. { οὐηγ. GAL. Spirituel. ITAL. Spirituale. GER. Das den athem oder blaßt fasset. HISP. Cosa espirital. ANG. Spirituell. } Unde Spirituales auras dicimus: id est, vitales: & Spiritalem fistulæ, pro aspera arteria. Spirabilis, e. Vitalis, quo spiramus & vivimus. { ιερεύσαν. GAL. De quo nous halenons: & respirons, qui cause qui on jette vent. ITAL. Spiraglio. col quale respiram. GERM. Altmig / dadurch voir leben vnd athmen.

HISP. Cosa que espira, y con ella espiramos. ANG. whereby we breath and live. } Virgil. 2. Aeneid.

— per sidera testor

Per superos, atque hoc cali spirabile lumen.

Spirabilis animus. Cicer. 2. de nat. deor. Quin & humorem, & calorem, qui est fusus in corpore, & terrenam ipsam viscerum solidatem, animum denique ipsum spirabilem, si quis querat, unde habemus, apparet: quod aliud à terra sumsumus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aere eo, quem spiritum dicimus.

Spiramén, inis, per quod exit spiritus. { Πνευμα mappach. φυσιην. GAL. Respirement, soupiral, trou par où sort l'air, ou la fumée. ITAL. Spiramento, spiraglio. GERM. Ein luftloch/grang des athems. HISP. Espiradero. ANGL. An issue or hole of breathing. } ut Naris spiramina. Luct. lib. 2.

Hic aures, alias spiramina naris adunca.

Stat. 12. Theb.

— reficit spiramina fessi

Ignis.

Spiramén, i, est per quod exit spiritus. { Πνευμα mappach. φυσιην. GAL. Souspiral. ITAL. Spiramento. GER. Ein luftloch / athems loch. HISP. espiradero. ANGL. The passage of the breath. } Virg. 1. 4. Georg.

Nequicquam in tecùs certatim tenuia cera

Spiramenta linunt.

Spiramenta, pro poris. Plin. lib. 32. cap. 6. Spiramentum cavernæ. Iustinus, Vbi acrior per spiramenta cavernarum ventus inebuit. Virg. 1. Georg.

Seu plures calor ille vias & caca relaxat

Spiramenta.

Spiramentum, pro intervallo & spatio temporis. Tacit. in vita Agricola, Quo Domitianus non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo, & velut uno istu Rempub. exhausit.

Spiraculum, li, per quod odor, aëre expiratur, aut exhalatur. { Πνευμα mappach. φυσιην. GAL. Souspiral, respiration. ITAL. Spiraglio. GER. Ein luftloch/dampfloch/reindloch. HISP. Respiradero. ANGL. A breathing hole or issue of the breath. } Virg. 7. Aeneid.

Hic specus horrendum & saui spiacula Ditis

Monstrantur,

id est, aditus, ait Servius Plin. lib. 2. c. 93. Ut in Sinuesso agro, & Neoteolano sunt, quæ spiracula vocant, mortiferum spiritum exhalant.

Spirarchus, σπιράρχος, quasi primipilaris, aut cohortis prefectus.

Nam σπειρός inter cætera cohortem significat.

Spirillum, Antiqui dicebant barbam capræ. Festus ex sententia Opili Aurelij.

Spiriolus, animal quadrupes. Gesn.

Spiissus, a, um, Densus, compactus. X. Rarus. { Σπισσός μυκής. GAL. Espous, massif. ITAL. Spesso, massiccio. GERM. Dick. HISP. Espeso, micio. ANGL. Thick, hard closed together. } Virgil. 2. Georg.

— scrobibus superabit terra repletis

Spissus ager.

Ovid. 1. Metam.

Et liquidum spissò secrevit ab aëre calum.

Idem lib. 2. Amor. Eleg. 2. 3.

Aut cadere spissà nube retentus equus.

Plin. lib. 12. cap. 2. 4. Aspalathi probatio est in colore rufo, vel igne, taetique spissò. ¶ Quandoq; significat tardum. { Σπισσός meatus. } Plaut. in Cistel. Spissum, hoc est, amanti dicere, Veniet. Cic. ad Att. lib. 10. Sed hoc quoque timidè scribo: ita omnia adhuc tarda & spissa. Idem ad Q. Frat. lib. 2. Scribebam illa quæ dixerat πλινγος spissum sane opus & operosum. Hinc etiam spissus legitimus, pro tardius. Var. de Mysteriis, ut citat Nonius. Nascimur enim spissus quam emeritum. Vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum: contrà una pestilentia totas acies puncto temporis immanes acervos facit. A Spissus sunt Spissor & Spississimus. hoc est, densissimus & densissimus. Plin. lib. 12. c. 2. 1. E diverso Arabica glande viridis acruerit: & quoniam montosa sit spissor. Idem lib. 16. cap. 40. Spissus ma ex omni materia, ideo & gravissima judicatur ebenus.

Spissè, adverb. Densè, sive ad multam spissitudinem. { ουχιτος, μυκης. }

GAL. Espissement, ferrément. ITAL. Spessamente, stretamente. GER. Dic/dick aufseindaner. HISP. Espezzamente. ANGL. Thickle and close together.

¶ Plin. lib. 36. c. 2. 5. Deinde spissè calcatis carbonibus inducitur, fabulo, calce, ac favilla mistis. Spissè, difficulter, Cic. Varro in Spissus. Cic. declar. Orat. Quandiu in eorum enumeratione verisimilis, quum tamen spissè atque vix, ut dudum ad Demosthenem & Hyperidem, si nunc ad Antonium Crassumque pervenimus. Nonius interpretatur tardius.

Spissò, Spissum facio, denso, condenso. { Σπισσός τιββά. μυκής, μυκης. }

GAL. Faire ou rendre espous, resserrer & restringre. ITAL. Spessare.

GER. Dick machen. HISP. Espessar lo rado o liquido. ANGL. To thicken or make thick. } Plin. lib. 15. c. 4. Omne lac igne spissatur. Spissati in panem farinæ modo, Idem lib. 13. c. 4. Dentes pectinatum spissati. Idem lib. 31. c. 11. Dentes in circuitu marginum habent pectinatum spissatos. Ovid. lib. 15. Metam.

Ignis enim densum spissatus in aëra transit.

Nubes spissatae. Lucan. lib. 4.

Spissatæque fluunt, nec servant flumina flammæ.

¶ Hujus composita sunt, Insipissò, & Consipissò, quorum significata vide suis locis.

Spissisco, is, ere, Spissum fieri. { Σπισσός τιββά. μυκής, μυκης. }

GAL. S'espessir, devenir espous. ITAL. Impessissi. GER. Dick werden. HISP. Espessarse. ANGL. To make thick. } Celsus lib. 5. De Curatione aduersus iustum aspidis. Eadem ergo vi verisimile est spissescitum spissatum.

Luct. lib. 6.

Fecit ut ante caravam docui spissescere nubem.

Spissamentum, illud quo quis spissatur atque obturatur, obturamen-

tum. Scribonius Largus, Sed ante diligenter & spissè obturatum:

atque ubi se congelaverit adeps, extrahendum erit spissamentum.

Colum.



HISP. Lugar donde le dovió a le bann. ANGL. A place where men be robbed and spoiled. ¶ Accipitur tamen & pro quovis alio loco, in quo quis vestibus, pecunia, aliave re à latronibus exiuit. PLI. in Pan. Quām juvat cernere æteriam silens & quietum, & quale ante delatores erat: nunc templum illud, nunc verē Deus, non spoliarium ci-vium, cruentarūmque predarum sc̄rum receptaculum.

Spoliātīx. סְפֹלִיאַתִּיך scholeth בָּזֵזֶת. בָּזֵזֶת, בְּזֵזֶת, בְּזֵזֶת. GAL. Celle qui pille & dépouille. ITAL. Donna che spolia. GERM. Berauberin oder reuberin. HISP. Despojadora. ANGL. She that robbeth or sporteth. ¶ Martial. lib. 1.

Sic spoliatrixem commendat Faustus amicam.

Spōndā, Latus lecti: nam spondæ sunt tabulae, quæ utrinque lectum sustinent. ¶ δέμεσχικόν καὶ τὸ ἀλίνης οὐδέποτε. GAL. Un chalit, ou les costez d'un chalit, colonnes, ou bois d'un lit. ITAL. Sonda del letto. GERM. Ein Spanbett oder seit en brez eines spanbets. HISP. La cama à lecho de madera, o mejor, los lados de la cama, o las orillas. ANGL. A bedstead or the sides of a bedstead. ¶ Mart. lib. 1.

Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati.

Virgil. 1. Aeneid.

Quum venit aulais jam se regina superbis  
Aurea composita sponda, mediāque locavit.

Horat. Epod. 3.

— precor

Manum puella suavio opponat tuo,  
Extrema & in sponda cubet.

Quintil. Ab omnibus spondis transversas incubare. (amicas, sup.) Ovid. 2. Fast.

Ascendit spondaque sibi propiore recumbit.

¶ Sponda interior regia lectice dictus Cæsar ab inquis & invidis. Autor Suet. in Cas. cap. 49.

Spondalium, est genus carminis seu cantus, à Spondeo, pede in versu, (ut videtur) appellatum. Cicer. lib. 2. de Orat. Tamen in hoc genere sèpè vidi quum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondalia illa dicentis, segregare abs te ausus, aut si ne illo Salamina ingredi.

SPONDÉO, es, spondi, sponsum, Promitto pollicor. Facit & in prærito Spespondi, ut Probus & Aul. Gell. c. 9. lib. 7. docent ex Valerij Antiatris ib. 2. Historiarum, cuius hæc sunt verba: Et ceteri, qui pacem sponderant, &c. ¶ יְהִי יָהָדָה קָרְבָּן נָדְבָּר בָּרָבָּר. אֲרָדְזָעָא, אַשְׁעָא. GAL. Promettre de franche volonté, affeurer. ITAL. Promettere. GERM. Gutwillig verheissen. HISP. Prometer. ANGL. To promise, to assure. ¶ Spondere, in Varro, lib. 5. de L. L. Est dicere, Spondeo à sponte. Nam id valet & à voluntate. Ab eadem sponte à qua dictum spondere, declinatum spondet. Spondet enim qui dicit sua sponte Spondeo. Cicer. 14. Philip. Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum Republicæ spondonit. Idem ad Attic. lib. 16. Egit autem pater & filius, ut tibi sponderem: sed ita, ut tum crederes, quum ipse cognosces. Idem Lentulo lib. 1. Dependendum tibi est quod mihi pro illo spondisti. Virg. 12. Aeneid.

Nam quid ago, aut quæ jam spondet fortuna salutem?  
Ovid. in Ibin,

Te fera necquicquam placidum spondentia Martis  
Sydera presserunt.

¶ Spondere puellam dicitur pater alicui, cui eam uxorem promittit. Plaut. Trin. Sponden' ergo Tuam gnatam uxorem mihi? c. 1. spondeo, & mille auti Philippum dotis. Idem Cure. sc. 2. 4. 5. Spondes miles mihi hanc uxorem? M. Spondeo. C. Et ego hoc idem unum spondeo. Idem Capt. sc. 1. 1. 4. Sponden' istud? H. Et ego tuum advenisse filium spondeo. Idem Aulul. sc. 4. 1. 1. Sponden' (filiam uxorem sup.) E. Spondeo. ¶ Ejus composita sunt, Conspondeo: unde veteres Consponsos dieebant teste Feste, fide mutua obligatos. Et consponsores duo plurēs eandem rem promittentes. Cic. Lepta, De negotio tuo, quod sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo, & Respondeo, de quibus alibi.

Spōnsūs, a, um, Part. Promissus. ¶ יְהִי מְהֻדָּח, וְנַסְדֵּקְיָה, אַשְׁעָא. GAL. Promis. ITAL. Promesso. GER. Verheissen, vespochen. HISP. Prometido. ANGL. Promised, betrothed. ¶ Terent. in Eunuch. Sis sponsam mihi? Subaudi esse. Idem Phorm. — etiam nunc si vult Demipho Date, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi, Nullam mihi malim, quām istanc uxorem dari.

Spōnsūs, i, masc. gen. Cui spondetur puella, vel cui desponsa est. ¶ יְהִי כָּתָן, וְעַמְּדֵה, וְנַסְדֵּקְיָה. GAL. Accordé & fiancé. ITAL. Sposa. GERM. Ein braut. HISP. Esposa. ANGL. A bride, or she that is affianced or promised to a man. ¶ Plaut. Casin. Huc venisti sponsam præceptum meam? Iuven. Satyr. 1.

Quem patitur dormire nurus corruptor avara?

Quem sponsa turpes, & praetextatus adulter.

Spōnsūs, us, sponsio. ¶ יְהִי חָרְבָּה תְּעַרְבָּה תְּאַרְבָּה, אַשְׁעָא. GAL. Promesse. ITAL. Promissione, promessa. GERM. Ein verheissung / zusagung. HISP. Obra de prometer, promessa. ANGL. A promise. ¶ Servius Sulpit. Si post eas stipulationes uxori non dabatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat, judices cognoscabant. Gellius lib. 4. cap. 4.

Sponsum, i, Sponsio, sponsum. ¶ יְהִי חָרְבָּה תְּעַרְבָּה תְּאַרְבָּה, אַשְׁעָא. Cicero. pro Quint. sponsonem facere maluit: fecit. Te judicem sumpsit: ex sponso egit.

Spōnsor, is. Fideiussor, qui pro altero spondet. ¶ יְהִי חָרְבָּה, אַשְׁעָא. GAL. Qui promet, & respond pour austrey: Caution, pleige. ITAL.

Sicurea, cini promette. GERM. Ein bürg / der ein andern vespriht.

HISP. Prometedor, fiador. ANGL. A Suretie, that answeareth or promiseth for another. ¶ Cicero Attic. lib. 1. Tulliola, nostræ deliciæ, tuum manusculum flagitat, & me, ut sponsorem, appellat. De sponso appellando, plura apud Quint. declamat.

273. ¶ Sponsor item dicitur is, qui puellam viro promittit. Ovid. Epist. 2.

Qui mihi conjugij sponsor & obses erat.

Spōnsio nis, verbale, promissio. ¶ יְהִי חָרְבָּה תְּעַרְבָּה, אַשְׁעָא. GAL. Promesse. ITAL. Promissione, promiss. GERM. Ein frey willige verheissung/zusagung. HISP. Promessa, fiança ò apuesta. ANGL. A promising or promise. ¶ Ex eo appellata est quod prius cum qui ageret, spondere, quam stipulati oporteret. Paulus 1. 7. de verbor. sign. Sponsio appellatur, non solùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissioque. ¶ Sponsio item, est promissio certæ pecunia, quam qui item intendit daturum se, ni veram causam habeat, promittit. Actor enim primum spondebat id est, spon-te, atque ultrò sponsonem deferebat adversario, quem ideo spon-sione lassiere & provocare dicebatur: ab eo namque postea sum-mam eandem stipulabatur. Hic autem aut fateri cogebatur, aut si insciaretur, restipulari. Tum actor iterum stipulanti adversario spondebat. Hotomanus. Cic. in Orat. pro Quint. Erat autem deci-ma pars controversæ rei in causis privatis: in publicis autem quinta apud Græcos, autore Polluce, pœna scilicet temere litigantium. Idem lib. 3. Offic. Fimbrium Consularem audiebam de patre nostro puer, judicem M. Lucretio fuisse equiti Romano, sane honesto, quum is sponsonem fecisset, ni vir bonus esset. Fiebat sponsio plerunque in interdictis: id quod ostendit Quintil. in septimo. Quoties autem, inquit, poterimus, efficiendum est, ut de re quacunque bene sentiat judex: sic enim iuri nostro libentiū indulget, ut in sponsonibus, quæ ex interdictis fiunt, etiam si non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis: tamen non tantum possedisse nos, sed etiam rem nostram possedisse dicere oportebit. Cic pro Cæcina. Erat enim Cæcina de fundo vi armata dejectus: propterea Prætor interdirebat, ut unde dejecisset, restitueret: restituisse se dicit: sponsio facta est, hac de sponsonie vobis judicandum est. Plaut. Menach. sc. 2. 3. 4. illam in controversiam sponsio fierer. Item, Sponsione se se defendere Livius 9. dec. 4. Et Iuvenal. Satyr. 11.

— Quos clamor & audax

Sponsio.

(sup. in ludis) ¶ Sponsio voti. Cicer. 1. de leg. Diligentia votorum sat is in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamus Deo: pena rō violatæ religionis justam recusationem non habet.

Spōnsālis e, quod ad sponsonem pertinet. ¶ יְהִי כָּתָן. GAL. Appar-nant à promises. ITAL. Pertinente à promessa. GERM. Das der verhei-sung oder versprechung zur ehe zugehörig ist. HISP. Pertenciente à promessa. ANGL. Belonging to promise. ¶ Unde sponsalis dies dicitur, quo puella sperato promittitur. Einehtag.

Spōnsālia, orum, mutua re promissio futuraram nuptiarum. ¶ יְהִי כָּתָן GAL. Fiançailles, l'accord & l'appointement du mariage à venir. ITAL. Sponsalizio, maritaggio. GERM. Versprechung zur ehe/verheiratung/ verberdungen. HISP. Promessa por casamiento. ANGL. The sponsonage or betrothing of a man or woman before full marriage. ¶ Sponsalia hoc modo fiebant, quemadmodum Servius Sulpitius autor est: Qui urorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, stipulabatur sibi in matrimonium datum iri. Qui datus erat, itidem stipulabatur eam traditum iri. Is contractus stipulationum, sponsonumque, dicebatur sponsalia. Senec. cap. 12. de tranq. Prosequi sponsalia sz-pè nubentis. Vide Gell. lib. 4. cap. 4. Vlpianus 1. 2. de spons. Sponsalia dicta sunt à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi futuras uxores, ut videre est apud Plaut. multis in locis, ex quo desumpta exempla quædam habentur supra in Spō-deo. Iuven. Satyr. 6.

Conventum tamen & paclum & sponsalia nostra  
Tempestate paras.

¶ Sponsalia præbere. (i. convivium sponsaliorum.) Cicer. lib. 2. ad Q. fratem. Vide Praebo.

Spōnsio, as, freq. à Spondeo, Vxoret stipulor & peto, & sponsalia con-traho. ¶ יְהִי יָהָדָה שְׂרָבָּה, אַשְׁעָא. GAL. Accorder & fiancer une fille, la promettre en mariage. ITAL. Promettere, sposare. GER. Ver-mählen. HISP. Prometer como por casamiento. ANGL. To betroth. ¶ Paul. de ritu nupt. 1. 1. Si quis officium in aliqua provi-nicia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibetur, ita scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier nupias contrahere, liceat ei hoc facere, at his tantummodo redditis, quas acceperit. Budæus.

SPONDÉUS, σπόνδεος, Pes duabus syllabis longis constans, qui in Heroico versu omnem sibi vendicat locum, licet raro quinto loco reperiatur. Dictus, quod in sacrificiis & libamentis eo maximè uti-rentur. Nam σπόνδη, libamentum, scđusque ac sponsonem signifi-cat. ¶ Spondalia, orum, quid significant apud Cicer. 1. de Orat. vide supra post dictiōnem Sponda. & infrā, V. Spondalia.

Spondiacus, a, um, σπόνδαιος, ή, ος, ad σπόνδαιον pertinens.

Spondalia, cantiones trochaicas versibus contextæ, quas spondiales canebant. Cic. 2. de Orat. Cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur spondalia illa dicentis: segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi.

Spondiauli, vide Spondialis.

Spondialis. Isidorus Etymolog. lib. 1. c. 16. Spondeus dicitur, quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, i. sonus qui fundebatur circa aures sacrificantium. Vnde & hi qui tibiis canebant in sacris Gentilium, spondiales nominabantur. Marius Victorius, Spondeus è duabus longis, ut duabus longis melodiis quasi duplicibus & inge-bus vocibus prospera deorum voluntas firmaretur. Lautenbergius, dictus à tractu catus ejus qui per longas tibias in templis supplicati-bus editur, unde & Spōdiauli appellatur, qui huiusmodi tibias inflare assueverunt. Vnde ejusmodi cantiones Spōdalia supra dictiōnem.

Spondophori, libaminum portatores. Stuck.

Spōndylion, οι, five Sphondylion, σπόνδυλον. Dioscoridi, herba est in lo-cis palustribus nascens, foliis propemodum platani, caulis cubi-tibus, vel etiam amplioribus, fæniculi caulis non dissimili-bus, qui semen afferunt in cacumine filis similitudine, sed duplex & latius, candidum, paleosum, grave olens, flore candido, vel pallido, radice

radice alba, raphano simili. Romani, teste *Dioscoride*, herbam rutinalem appellarent. Plin. lib. 12. cap. 26. inter ferulae genera anumerat, panacique similem facit, nisi quod minora habeat folia, & platani divisura.

*Spondylis*, ilis, fœm. gen. *σπόνδυλος* Aristoteli, serpentis genus, quod *Gaza* ex Aristotele *verticellam* vertit, Plin. lib. 17. c. 13. Et animalium quidem ceterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, exceptâ spondyli, quæ omnes persequitur genus id serpentis est.

*Spondylus*, i. sive *Sphondylus*, masc. gen. *σπόνδυλος*, *σπόνδυλος*. *GAL.* *Spondile*, nœu de l'espine. *ITAL.* *Spondiglio*, nodo della schiena. *GERM.* Ein knopf oder gleich des rückgraths. *HISP.* *Spondil* nudo de l'espina, *ANGL.* *Places in the backbone where the jointes turne.* } Nodus, seu vertebra spinæ dorsi dicitur. Sunt autem in ipsa spina spondyli quatuor & viginti, quorum septem collum constituant, duodecim thoracem, quinque alij lumbos. ¶ *Spondylus* in mari animal, apud Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ *Spondylus calculus* æneus, quo suffragia sua Iudices Athenis dabant, ut est apud Iulium Pollucem. ¶ *Spondylus*, verticulum quod apponitur fusis, ut nendo melius vertantur. *ANGL.* A where or wherle. *GALL.* Un Vertet. ¶ *Spondylus callus*, sive caro interior ostreorum. Plin. lib. 31. cap. 6. Neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo brevi, arque non carnoso, nec fibris laciniioso, ac tota in alvo. ¶ *Spondylo* utitur *Mariæ*. *ro* animalium ossiculis, lib. 7. ep. 17.

*Roseos tenentis spondylos sinu condit.*

*SPONGIA*, x. *σπόνγη*. *GAL.* *Eponge*. *ITAL.* *Sponga*, *spugna*. *GERM.* Ein schraam. *HISP.* *Eponja*. *ANG.* A sponge or that soaks with any thing it soaks. } Quiddam est in natura tertium ordinem habens, ut neque animal, neque frutes, sed tertium quiddam ac medium inter utrumque genus dici possit, quod Græci *ζάφυτον* appellant. Plurimis locis in saxis marinis nascuntur spongiae, diversisque nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam non una est eorum bonitas & usus. Sensim iis inesse appetet, quia ubi avulsorem sensere, contractæ malto difficilius abstrahuntur, avulsæ relinquunt in petris veluti cruxis vestigium, arque ex his quasi moliores penicelli recrescent. Spongias antiqui in delicis habuerunt strigilum vice linteorumque illis urentes ad distingenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebat tinctas per æstatem salis spuma ad lunam & pruinæ sternentes inversas, ut candorem biberent. Apud antiquos in usu erat tergendum mensatum, adhibebanturque ad obsecna emundanda. *Mart. Epig.* 144. lib. 14.

*Hac tibi forte datur tergendi spongia mensis*

*Vt ilis expresso quum levis imbre tumet.*

¶ De spongia in loco obsecno & foetido. *Senec. lib. 10. Epist.* Unus è Germanis lignum id, quod ad emundanda obsecna adhærente spongia, totum in gulam farsit, & in præclusis fauibus spiritum emisit. ¶ Accipitur & Spongia, pro asparagi sativi radice, apud Plin. & Col. lib. 11. c. 3. ¶ *Spongias*, corporis tegumentum, *Liv. lib. 9. b Vrb.* Spongia concava apud Celsum lib. 4. cap. 2. est quæ capaci cavitate sua plus humoris combibit, qualis spongia foemina *μερός* dicta, quæ rior, majoribus fistulis, ac mollior, quam tragos, i. spongia mas, spissior quidem tenuiore fistula, & durior & asperior. Vide Plin. lib. 31. c. ult. & lib. 9. c. 45. ¶ *Spongia delere scripta*. *Sueton. in Calig. cap. 20.* Hinc ipse Augustus apud *Suet. in Aug. c. 85.* quærentibus amicis quidnam Ajax ageret, responderet Ajacem suum in spongiæ incubuisse. Hic per Ajacem intelligenda Tragœdia est quæ m Augustus exorsus, spongia deleverat, non succedente stilo.

*Spongiosa*, æ, diminutivum à spongia, quo nomine etiam significatur quiddam squamatim compactum è cynorrhodi ramis, parvæ spongiae modo dependens. *σπόνγιδος*. Plin. lib. 25. c. 2. Alias apud autores cynorrhodi una medicina erat, spongiolæ quæ in mediis spinis ejus nascitur, cinere cum melle alopecias capitum expleri. ¶ *Spongiale* radiculæ asparagorum inter se implicitæ. Col. lib. 11. c. 3. Sulci autem inter se pedali mensura distantes sunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita spongiolæ deprimuntur ut facile superimposita terra germinent.

*Spongiosus*, adjективum, quod similitudinem spongiae habet. *σπόνγιος*. *GAL.* *spongieux*. *ITAL.* *Spongoso*. *GERM.* Schwammig, luck und wchere chtg wie ein schraam. *HISP.* *Eponjoso*, ò cosa à manera de spongia. *ANGL.* That is lyk à sponge. } Plin. lib. 11. c. 37. Idcirco pulmo spongiosus.

*Spongiate*, significat spongiâ extergerere, quo frequenter *Apicius* utitur, *σπόνγια*.

*Spongatores*, qui spongias captant *σπόνγοθεα*, ea forma dicti quæ purpuratores appellantur, qui purpuræ pescantur. Vide *Cælium Rhodig.* lib. 8. c. 11.

*Spongites*, *σπόνγινος*. Gemma est à spongiae similitudine dicta. Plin. lib. 37. cap. 10.

*Sponsa*, *Sponsalis*, *Sponsio*, *Sponso*, *Sponsus*, vide *Spondeo*.

*Spons*, *sponsis*, & *Spōnē*, idem valens quod adverbium, ultrò, hoc est, propria voluntate. *σπουδῶς*. *GAL.* De bon gré, sans contrainte, volontairement. *ITAL.* Da sua posta, di volonta. *GERM.* Freywillig von ihm selbs. *HISP.* Voluntariamente. *ANG.* willingly, with a good will. } *Cicer.* Attic. Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. *Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.*

*Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.*

*Virg. 4. Eclog.*

*Sponse sua sandix pascentes vestiet agnos.*

*Suet. in Cæs. c. 81.* Sponte patuerunt forens. *Cæs. lib. 1. de bell. civ.* sua sponte provinciam vacuam occupaverat (id est, in iussu Senatus vel populi) ¶ *Sua sponte* (id est, sine cuiusquam auxilio). *Livius lib. 1. bell. Pun.* Nunciatum bovem in tertiam contignationem sua sponte scandisse. ¶ Sunt qui putent, sponte, adverbium esse, quod certè verum esse non potest, tum quod admittat secum adjективum, quemadmodum alia nomina substantiva: ut *mea*, *tua*, vel *sua* sponte: tum quod non raro legatur eius genitus *sponsis*. *Celsus lib. 1. c. 1.* *Sanus qui & bene valet, & sua sponte est, nullis obligare se legibus debet.* *Var. lib. 2. de re rust.* Spontis sua statuerat finem.

Calepini Pars I. I.

*Spontaneus*, a, um, quod sponte fit. *Papias*. Spontaneus, voluntarius. *Gloss. Cyril.* *σποντεύειν* spontanea, naturalis. Latinè loquentes dicunt sponte faciens, seu suspiciens, sponte factus, seu susceptus. Nam & activè & passivè accipitur: ut & Græcis *έκπονειν*, cui opponitur *άκπονος*, invitè factum, aut susceptum. Sic in Ethicis dicitur *persona spontanea*, quæ consultò vel inconsultò facit, cui opponitur non voluntaria, seu invita, agens per imprudentiam vel vim. *Factum spontaneum*, quod consultò, vel inconsultò fit; si per imprudentiam, imprudens; si per vim, violentum.

*Spontālis*, Spontaneus, ultroneus. *σποντεύειν*, *έκπονειν*. *GAL.* Volontarius. *ITAL.* Volontario, spontaneo. *GERM.* Freywillig / das aus eigenem Willen ist. *HISP.* Cosa de su propia voluntad, voluntario. *ANGL.* voluntary. } *Apul. lib. 4.* Quumque nulli nostrum spontale patricidium suadens persuadere posset, gladium per medium pectus iactu fortissimo transadigit.

*Sporades* *σποράδες*, insulae quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo lib. 10. scribit, Dietsæ quod in mari sparsæ sint, non in orbem coarctatae, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Phæcasia, Scinusa, Pholegandros, Thera, Anaphe, Astypalæa, Lagusa, & Ios: in qua Homerus fertur esse sepultus.

*Spōrta*, æ, aut, à sporto herba, quæ frequens apud Hispanos nascitur; aut ab Asportando: erat validus genus ex vimine, juncis, aut sparto; aut simili leviori materia. *σπόρτη* *σαλιτήρ* *σαλιτίλλη*. *σποράς*. *GAL.* Un pannier ou une corbeille. *ITAL.* Sporta. *GERM.* Ein gestochner Korb. *HISP.* La espuerta. *ANG.* A basket or maunde. } *Salustius lib. 2. Histor.* E muris canes sportis dimittebant. *Colum. lib. 8. cap. 7.* Locus ad hanc rem desideratur calidus maximè & minimi luminis, in quo singulæ caveis includantur angustioribus, vel sportis inclusæ pendant aves.

